



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXXVI. Euacuatoria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

XXVI. EVACUATORIA.

FRatri illi , ille. Omnibus non
habetur incognitum, quia ego
ad petitionem tuam solidos tantos
ad præstatum beneficium in manu
tua tibi præstiti, & tu pro hoc talem
epistolam cautionis in me adfirma
sti, vt vsque ad annos tantos, in qua
que hebdomada diebus tantis ope
ra mea facere deberes , quod ita &
fecisti, ad placitum ipsum debitum
mihi reddere deberes ; quod ita &
fecisti, & ego ipsam cautionem mi
nimè inuenire possum. Propterea
talem epistolam euacuatoriam in te
fieri & adfirmare rogaui, vt si ipsa
cautio vlo vñquam tempore inué
ta, aut reperta fuerit , nullum obti
neat effectum , sed euacuata & ina
nis permaneat. Et nec ego ipse, nec
vllus de heredibus meis , vel quisli
bet de parte mea ipsum debitum

superius nominatum, nec per ipsam
cautionem, nec nullis modis ullo
vnquam tempore tibi ex hoc nul-
las calumnias, nec repetitiones age-
re, nec repetere non debeamus.
Quod si attentauerimus, ista tota
seruata, vna cum socio fisco, auri
vnciis tatis simus multandi; & præ-
sens euacuatoria omni tempore fir-
ma permaneat.

XXXVII. LIBELLVS DOTIS.

DVm omnipotens Dominus
concessit iugale consortium,
vt vnusquisque nubat iuxta cōsue-
tudinem anteriorum Christianorū:
& iterum legimus, quod ipse Do-
minus noster cum discipulis suis ad
nuptias inuitatus fuisset, & quo
Deus coniunxit homo non sepa-
ret: Quod bonum felix, faustumq;
sit. Donat itaque ille honestæ puel-
læ sponsæ suæ, nomine illo, quam si